318 Responsum Ponci in alegata additione ad quest. 3. disp. 69. eam doctināne de diversi acceptiōnib⁹ generis, & differentiae emendicantem non esse, Averfa, & Arriaga, quoniam ad doctinām Scottis illam addūt, antequam Auctores illi opera sua typis defēctū, neq; ēse fuga, quia per illas acceptiōnēs nullam querit evadere difficultatem. Deinde duplex illa acceptio generis est in ūi, ut probat Averfa, quia communiter dicuntur res diversi species entis, & eadem proprietate potest dici, quod ens sit genus, quod si dicat Maistrū, illam locutionem esse impropteriam, nihil aliud hinc habetur contraria, non inquit, nū quod impropter loquuntur, quod nihil attingit ad veritatem ipsam realēm. Prēterea quando dicit meā explicationē Scotti non valeret, dico ipsum loqui de genere finito, & limitato, & Maistrū contendit, loqui de genere ut sic fibi manifeste contradicit, nam probat alterius, quod non accipio genus in aliqua communiori acceptiōne, sed illud accipio secundum suam formam rationē, & quia secundum eam semper includit finitatem, & limitationem, in hoc sensu dici potest Doctor ibi loqui de genere finito, & limitato, quatenus hoc convertit cum genere ut sic, neque prater hoc datur alia acceptio generis, nisi abūsivo omnino, & impropterio, quae acceptio nō inseruit decisioni questi, neque ex hoc sequitur expiōnēm à Pōcio datam esse veram, quia non accipio ipsum genus finitum, & limitatum hoc modo, ut scilicet idem sit, quod genus ut sic; sed quatenus est quædam species contraria distīcta à genere limitato, ita quod iste effundit duas species sc̄ genere, ut sic.

Et quia tandem vidit Poncius hanc esse verā intelligentiā, 320 mei discurſus, nec me in contradictionē adducere posse, in fine denique fui discutens, & secundum ergo verum est, quod dixit, Scotorū non loqui de genere ut sic communi ad genus in utraque acceptiōne, de quo genere ut sic ego sum locutus; ita summatur discurſus loc. cit. ubi millies idem repetit ad naufragium ut sic.

319 Quoniam hic discurſus partim est responsivus, & partim impugnatius, occurrat partim respondendo, partim replicando, & rufus rīco, hāc quoque responsione frigidōtem esse illa priori solutiōne jam impugnat disp. 2. Met. nam ut supra dicebam, testis de auditu parum probat in judicio, ut ait luxiferit, quando igitur disputamus de mente Scotti, & recta eius intelligentia, valde inēpī mīhi semper afferre Poncius testimonia Scottitatum de auditu, aut eorum manuscrip, cum potius afferre debet testimonia eorum, qui typis dederunt ad omnem suspicionem tollendam, quōd testimoniū non sit fictum, & chimericū; nego igitur apud Scotorū, vel ul-

Quæst. VIII. De divina simplicitate cur stet, &c. Art. II.

mus secundum communē usum loquentium, non ait secundum usum duorū, vel triū: ergo ut illa acceptio generis pro genere limitato effet vera, & legitimam sufficiat usus illius apud duos, vel tres; etiam ulterius requiritur, ut sit propria non verō impropria, & abūfiva, nam quando existatur questio, an Deus sit in genere, vel ex genere, & differentia constitutus, sermo eff de genere proprie dicto & secundum frequentem, ac potiorem significationem, quam habet in omni schola.

Secundo deinde, quod genus ut sic, dicit limitationē probavi disp. 2. cit. n. 142. quia genus dicit partem essentiae, & non totam essentiam, ut per se notum est, ergo implicat in adiecto dati genus infinitum, probatur consequētia, quia solū infinitum potest esse pars aliqui totius, & ideo inquit Doctor quol. 5. infinitum ut sic habere rationem totius, non pars, omne namque totum est major sua pars, infinito autem nihil est maior. Deinde genus ex sua ratione formaliter à se differentiam excludit, per quam contrahitur, ac etiam ab ipsa excluditur, quantum sufficit, & dicitur esse in potentia ad illam: fed realitas infinita quātūneque, & praeceps futurā nequit esse in potentia ad realitatem, cui infinitum sit, cui nihil entitatis deit modo, possibile est illud haberi in aliquo uno. Responsum Poncius negando consequētia cui probariōe, nam aliquod infinitum posset esse pars essentiae, hoc est, aliqua formalitas, que nondicat adequate totū essentiam rei formaliter, nam certe in ipso Deo ratio substantię infinitę formaliter non dicit rationem, formaliter substantię spiritualis infinitę. Et quod aliquod infinitum posset esse pars totius est manifestum; nam sapientia infinita est pars illius totius, quod confutat ex Deo, & sapientia, hoc est, est aliquid, quod nō dicit formaliter omnes formalites inclusas in illo toto, quod addit, ne capiat pars in aliqua alia acceptiōne faciendo questionem de nomine, ad probatiōnem, consequētia negat, infinitum non posse habere rationem pars, hoc est, aliquis formalitas, que formaliter non dicit omnes formalites in re, cuius dicitur pars, inclusa, & cum dicitur totum esse major sua pars, & infinito nihil posse esse major, distinguunt hanc ultimā partem, infinito nihil est major realiter, transeat, formaliter negatur, potest enim fieri, quod in aliud quod est major una infinito formaliter, quātūm ad hoc, quod includat formalitatem illius infiniti, quod diceretur esse major & aliam formalitatem distinguit formaliter ab ipso, de quo in sententiā Scotti distingueat attributa inter se, & ab essentia, non potest esse dubium. Ad Conf. distinguit minorē, nequit esse in potentia dicere imperfectionem, concedit, non dicere imperfectionem, negat, & ad probatiōnem minorē atque quod nō sit possibile omnes formalites repertas in aliqua infinita re includi formaliter in qualibet formalitate ex formalibus distinguit, que reperturant in illa, aliqui qui eff, & non eff distincte formaliter, unde formaliter infiniti potest addi alia formalitas infinita diversa rationis, ut evidens in nostra sententiā.

320 Port. si hēc soluto aliquid valet, tollitur, vel eneretur pricipiū medium, quo utuntur Theologi ad probandā summam Dei simplicitatē ex infinitate deducunt, & presertim Scottus i.d. 8. quest. 1. s. secundo probō & quol. 5. art. 2. s. tertio arguit, quod est tale, infinitum non est componibile alterius, nec compositum ex aliis; ergo est omnino simplex; antecedens probant, quoniam omnem componibile alteri caret eius perfectione, & consequētia perfectionis totius, quae confutat ex perfectione utriusque, inīto autem nihil perfectionis deesse potest, & compōnit vēro ex aliis, vel est compōnit ex partibus infinitē perfectis, & hoc est contra rationem pars, ut modo dicitur est, vel ex partibus finitē perfectis, quod dicitur nequit, quia ex pluribus finitis non sit infinitum, sed solū finitū quoddam determinatē perfectionē, prae determinata partium perfectionē, ita ut totū tantū sit perfectus partibus sc̄ finitū sump̄, quantum finitē perfectionis sum pars alteri superaddit. Hoc, inquit, efficacissimū medium, quo omnes utuntur ad demonstrandam divinā simplicitatē omnino destruit stante predicta response, neque alio modo dividit simplicitatem salvare potest, quam recurrendo ad illas suas chimericas distinctiones ex solo suo cerebro inventas, & multa ratione, nulloque auctor probatas, nisi ex auditu, de parte perfecta, & imperfecta, de carētia aliquis perfectionis perfecta, & imperfecta, de potestatā perfecta, & imperfecta, & dicendo, quod infinitū potest cōfāre partibus perfectis, non imperfectis, & quod est componibile alteri per modū partis perfecte, quē etiam caret perfectione alterius cōpartis carētia perfecta, nō imperfecta & est in potentia ad perfectionē ejus potentialitate perfecta, nō imperfecta; ita namque discurſus loc. cit. & disp. 3. sui Curs. Theol. ut salvet divinā simplicitatē Mastrii in sent. Tom. I.

cum pluralitate formalitātū in Deo ex naturā rei, quā inquit facere in Deo cōpositionē perfectam, seu sine illa imperfectione, non autem imperfectam, seu cum imperfectione, sicut faciunt in homine v.g. animalitas, & rationalitas, quae doctri- na pessima est, & nullo modo admittenda, quia semper argumentum urgēt, quod sicut pluralitas rerum, & partium, quarū una non includit aliam realiter, facit cōpositionē realem, & physicam, ita pluralitas formalitatum, quarū una nō includit aliam formaliter, facit compositionē formalem, & metaphysicam, & quod sicut pars realiter ab alia distinguita est imperfecta, quia caret perfectione alterius compartis, cūveam realiter non includat, ita pars formaliter tantum ab alia cōdistincta adhuc erit suo modo imperfecta, & cū imperfecta potest aliam cōparte, quia caret formaliter perfectione illius, cum am formaliter non includat; Neque valet dicere unionem formalitatum dependentem ab influxu causa extīnſiē, facere compositionē imperfectam simplicitati repugnantem, quo quidem modo uniuersit in homine rationalis, & animalitas, non autem unionem formalitatum independentem a tali influxu, quo pāco uniuersit in Deo plures formalitatis. Hoc, inquit frivolum est, quia imperfectio compositionis simplicitati repugnat ex eo prēcisē pender, quōd una pars componentes caret perfectione alterius, & est in potentia ad eam, vel realiter, si ab ea distinguitur realiter, vel formaliter, si distinguitur rāntim formaliter; quare cum independentia unionis eārī a causa extīnſiē non faciat, quod una includat aliam formaliter, consequētia non impedit, quin faciat compositionem etiam suo modo simplicitati repugnat; Tūm quia, si talis independentia a causa extīnſiē sumpta juvaret ad hoc, quod unio plurium formalitatum in Deo, non faceret compositionē divinę simplicitati repugnantem, sic pariter possemus admittere relations, & attributa ab essentia realiter distingui, & adhuc affirmare talem unionem, & return pluralitatem non facere in Deo compositionē simplicitati repugnat, quia talis unionis eff in Deo per independentiam ab influxu causa extīnſiē, etiam si plurim realiter distinctorū.

Falsum itaque affutum in ea responsione, quod infinitum posset esse pars, quia ratio pars ex sua ratione formaliter imperfectionem involvit, ut docet Scot. i. dist. 8. qu. 4. X. quia dicit parentiam perfectionis alterius compartis, cum ea est componibilis, infinito autem nihil est perfectio eo modo, quod possit esse omnē perfectionem in uno sūmo ente haberet, & prēterea daretur aliud majus infinito, nēpē illud totum, quod ex ipso refutatur cum alia compare, cum quā est componibilis. Et cū inquisit quod aliquod infinitum posset esse pars totius, quia sapientia infinita est pars illius totius, quod confutat ex Deo, & sapientia, quatenus est aliquid, quod nō dicit formaliter omnes formalites inclusas in illa toto; & si quod nō sit posset dicitur infinitū majus alio realiter, bēnē tamē formaliter quatenus includit formalites illius infiniti, quod dicitur esse major, & alia formalitatis distincta formaliter ab ipso; quod nō sit in dubium esse in sententiā Scotti distinguētis formaliter attributa ab essentia, hoc etiam omnino frivolum est, si speciem rationē infinitū ut describitur ad Doctorē valde accurate quol. 5. & quod docet i. d. 8. q. 4. s. ad quāsiōnē, licet enim infinitum ex sua ratione formaliter idēcīt fībi realiter quodcumq; fībi compōnibile ut fuit omnes perfections simpliciter, non tamē opus est, quod identificet fībi realiter quodcumq; fībi compōnibile ut fuit omnes perfections simpliciter, non tamē operari est, quod identificet fībi formaliter, ut dicitur, et supra n. 95. & ex hoc prēcisē, quod fībi realiter identificat quodcumq; fībi compōnibile colligit Doctor, quod fībi repugnat habere rationem pars cū alia compare, & quod cum quolibet talū unū totū constituit totalitatem identitatis realis, non tamē totalitatem identitatis formalis, quia omnes perfections simpliciter in eo reperiuntur secundum suas formalitates distinctas, & nō in una formalitatē unitas, ex qua subtilissima doctrina evidenter colligitur, quare infinitū non posset esse pars totius ex modo, quo fingit Poncius, quia pars non dicitur pars nō in ordine ad totū, ad infinitū, ut cōlein omnes perfections simpliciter, nō est totū, quod sit totū totalitatem identitatis formalis, neque datur pars cali toti correspōdens, atque ita falsū est, sapientia infinita est pars totius, quod confutat ex Deo & sapientia, quia ex Deo, & sapientia nullum confutat totū formaliter, quia totalitatem identitatis formalis, sed tantū unū totū reale unitate identitatis realis. Quod autem Poncius decepit, est, quia putavit, essentiam facere cum attributis ob formalem distinctionem inter ea repertā aliquam compositionem non dicentes imperfectionem, & consequētē sapientiam cum Deo totū, vel compositum confitit, cuius sapientia sit pars servata proportione ad compositionē, tem̄ realēm dicentes imperfectionem; Hoc tamen purū figura-

mentum est, quia compositione fit solum ex unione rerum inter se realiter distinctarum, aut formalitatem non perfecte realiter inter se identificarum, sed tantum ratione tertii, in quo uniuersit, ut evenit in formalitatibus metaphysicis generis, & differentie; unde si plures formalitates inter se uniuersit per perfectam identitatem reale ratione infinitatis, ut evenit in divinis, nullam prouersus efficient compositionem, sed tali plurality stat cum summa simplicitate, licet non eum summa unitate ut declaratur est supra, n. 6, & sicut nulla efficient compositionem ita quoq; nulli efficiunt compositionem, aut eorum, cuius posuit dici ens, si tales efficient compositionem, id efficiere non possint, nisi per unionem, & id entitatem formaliter inter se, quam dicimus esse impossibilem, eo ipso quod secundum proprias rationes formales singulare representantur in Deo. Dicimus ita quia manet in Deo secundum proprieas rationes illae formalitatis, erit pars totius regulatissimae ex Deo, & illis perfectionibus. Negatur conseq; quia scutum ob summa teatrali identitate cum Deo ac inter se nulla prius efficient compositionem, quia idem cum seipso compositione non facit, ut fuisse declaratum est supra q. 2, art. 2, in solutione secunda obiectio; ex divina simplicitate deducitur nulli prius efficient compositionem, aut totius cuius dici possint partes.

³²⁴ Tertio sub ita Poncius admiso etiam esse ita sufficiens probatum infinitum esse non posse genus hinc tam non sequi, quod genus ut sic debet esse necessariu ex sua ratione formalis quid finitum, nam posset praeceire ad finitum, & infinitum, & tale genus esse ens. Et quia hanc responsionem praecoccupavi loc. cit. hoc non posse dici, quia genus suapte natura importat conceptum potentiale, & per modum partis, & proprieatis debet importare conceptum limitatum, & ideo cum transscendens dicit conceptum indifferentem ad finitum, & infinitum, conceptus generis nequit esse transcendentis. Replicat me in hac ratione petere principium, dum dico genus ut sic in omni acceptione generis dicere conceptum potentiale, aut rationem partis, que necessariu involvit limitationem; quod si sermo fit de ratione partis, & potentialitatis, quia solum includat formalitatem conjungibilem cum alia formalitate distincta, & cum illa constitutiva rei confitetur ex illis dubius formalitatis, concedit quod genus dicat tales rationes, sed negat inde sequi, quod ratio generis nequeat convenire rationi transcedenti, & coedicti ulterius, quidquid aut, sit de auctoritate Scotorum, ut sic esse contrahibile per differentias, quantitas non esset conceptus limitatus, nec finitus. Sed gratias omnino dicit me in illa preoccupata responsione principium petere, dum dico genus ut sic, in omni acceptione generis dicere conceptum potentiale, aut rationem partis, que necessariu involvit limitationem; tum quia ego non habeo illam duplicem acceptiōnē generis, nec locutus sum de genere in ea communitate, cum dixi, quod importat realitatem limitatam, & potentialitatem per alia contrahibilem; sed locutus sum de genere ut sic, id est secundum suam rationem formalem considerato, & sufficienter probavi ex communione omnium sensu, quod habeat ratione partis, quia non dicit tota essentia rei, sed partem essentiae ex sua ratione formalis, & hanc quidem contrahibilem, & potentialitatem, ex quo necessario inferitur, quod dicit limitationem in sua essentia, quia totum solum ut sic dicitur habere ratione perfecti, & pars sub ratione partis semper habet ratione imperfecti, & limitari, & perfectibilis per aliud, ad quod est potentialis, & quod dari posse pars potentialis, & perfectibilis per aliud, absque illa imperfectione, quo sensu ratio generis convenire posse conceptum transcedentis, & omnino chimericum, & implicitorum, sicut quod dari posse affinis rationalis, quia partialitas, & potentialitas passiva a ratione imperfectionem dicit, & limitationem, & oppositum afferset illi velle omnini terminis invertente, & universa Philosophiam subvertere, ut dicimus est; & quod tandem ait ens esse genus etiam per differentias contrahibile, quod nec; etiam Averro, nec; Arriaga concedunt, cum inter ens, & contraria entis perfectam praeceptionem objectivam non admittatur, quidquid sit de Scotorum autoritate, palam indicat patrum curate de Scotorum autoritate, & quod dicendum sit ad mentem eius, & factum se tradere Philosophiam juxta proprium cerebrum, & non de mente Scotorum, ut indicat titulus in capite sui Illi Cursus prefexus dicens *Cursus integer ad mentem Scotorum*; quo igitur veritatis fundamento ad decipiendum lectorem ita libet prestatulavit, si tot opiniones, & imaginaciones habet, quas neque per umbras etiam somnolavat Doctor, ut & ipse fatetur, & pro quibus etiam confirmans, nullum prius Scotorum adduxit, nisi forte in manuscriptis, vel ex auditu;

Quarto insuper arguebam contra Poncius dict. a. cit. n. 133. eo modo, quo ipse arguit contra Scotistas afferentes ens non esse genus, nec compositionem facere in Deo, quia contrahitur per modos & non per differentias, tamen contra eos

qui si abstrahantur, tollitur omnis ratio identitatis, ut constat de animitate, & rationalitate, & ratio est, quia neutrum habet rationem infinitum, cum ambo habeant rationem partis, & non totius. Respondet Poncius in additione cit. quod quævis divina essentia ob suam radicalem infinitatem perfectissime sibi attributa, & relationes identificet, & propter ea non faciat compositionem cum ipsius quæ a qua imperfectiōnem hoc nihil mihi obstat, inquit, nam eodem modo genus, & differentia Dei perfectissime sibi identificantur, quia differentia, quæ ego ponem in ipso, est infinita non minus, quam infinitissima infinitas essentia efficit ipsam infinitum ipsum differentiam, ait ab ipso procedens tanquam constitutive intrinsecum ipsius; ergo perfectissimum debet et sibi identificare quicquid realiter identificatur sibi, & proprieatis non faceret compositionem cum illo magis, quæ facit cum relationibus, & attributis, ne refert, quod ratio genetica ens, quam contrahere, non est infinita, tunc quia gratis requiriatur infinitas utriusque extremi; tum quia essentia divina ratione infinitatis perfectissime sibi identificat relationes, quæ secundum Scotum non dicunt infinitatem simpliciter. Quando autem Magistrus dicit genus, & differentiam non identificari perfectissimum, sed ratione tertii dando hoc habere finitum aliquem comodum, dico id intelligentium de differentia finitatem vero infinitam, qualis est illa, quæ ponetur in Deo. Et si dicas repugnare differentiam infinitam, nisi id probaveris, petes principium, & ego non curio de nomine differentie, quam intellectu formalitatem actu distinctam formaliter a formalitate, & contradictriam ipsius ad Deum, cum contendo, quia ratione species, & secundas Scotorum auctoritatem, quia fas illa, videri eas negare dari potest in Deo.

Hoc responsio concedit totum id, quod meum argumentum contendit, contendit enim cum paritatem a Poncio assumptam claudicatur, quod sicut essentia divina non est perfectibilis, per attributa aliqua perfectibilitate, quæ speciationem involvat, sive formalitas entis in Deo non est perfectibilis per formalitatem differentie aliqua perfectibilitate, quæ dicit imperfectiōnem; iam vero in hac responsione facit, essentia divina non sicut non faceret compositionem cum ente, & deinde quamvis attributa finit infinitam, nisi ex hoc sequeretur independencia in unibilitate, non sequeretur, quia facerent compositionem, unde per impossibile duas perfectiones infinite posse, & ex alia parte coedit rationes genericas, entis, quæ contraheretur ad Deum, non esse infinitam; ergo quia carat infinitate esse perfectibilis per formalitatem differentie perfectibilitate imperfectiōnem involvente; & cum ait, gratias requiri infinitatem utriusque extremi, quia essentia divina ratione infinitatis sibi perfectissime identificat relationes, quæ secundum Scotum non dicunt infinitatem formaliter. Contraria, quia in hoc cursus est manifesta disparitas, quia littera divina relations non dicunt formaliter infinitatem, tamè nec dicit finitatem, nisi ita ab utraque praescindit, ut sit utriusque capaces, quia ex se sunt entia non quanta secundum suam rationem formalem utriusque incapaces, sed formalitas entis de est indifferens ad finitatem, & infinitatem, & licet neutrā formaliter includat, est tamen cum utraque disunum conjungibilis permisive; ergo erit vere perfectibilis per infinitatem perfectibilitate imperfectiōnem involvente. Tunc etiam, quia falsum quoque est, quod aliud extremon nomen p̄ differentia, per quam contraheretur ad Deum est infinita, non minus, quam essentia, & aquo idem identificari sibi est, formaliter perfectibilis, nam de ratione differentie ut sic, est quod non identificari sibi genus realiter, nisi in tertio, & ne inventari Poncius turrit, calumnia in particula reduplicativa ut sic, sicut cavillatur art. precepit, cum dicebam, genus ut sic esse realitem finitum, & limitatum, loquor de differentia ut sic, id est secundum rationem formalem differentiū ut sic, haec nos notā, & Philosphis traditam, non autem de differentia ut sic, hoc est ut cōp̄hēderetur duplice acceptiōne a Poncio fictam differentiū, & infinitū, dico igitur differentiam de sua ratione formalis non posse sibi genus identificare realiter, nisi inter se ostendi disp. 4, Log. quest. 3, art. 3, quia differentia ut sic est principium distinguendi realiter specie, quæ constituit, ab illis, quæ sub eodem genere continentur; ergo requirit realiter, ac essentialiter includere genus, quia si includeret, sicut est principium differentiū, etlet etiam principium convenientiū cum illis ipsi, quib; speciem distinguunt, quia includeret realiter, & essentialiter illud, in quo convenientiū, repugnat ergo dari differentiam infinitam contradictriam, & speciationis a parte rei ad Deum, nam talis differentia finita esse non potest, alioquin non est Dei constitutiva, at nec etiam infinita, quia ratione infinitatis deberet realiter ad minus includere genus, quod contrahit, & per quod Deus cum creatura convenient, & sic non tantum est principium distinguendum, sed etiam absoluē loquendo mili prior videtur independentia, quæ in sent. Tom. I.

tia, quam infinitas, quandoquidem Docto quol. 2. ar. 1. & quol. 5. ar. 1. & quol. 7. T. infinitatem, probat ex independentia demonstrando, Deum esse ens infinitum, & immutatum, quia est prima omnia entitas in toto ordine entium, & a se; sed autem habet a se aliquid, habet illud in toto plenitudine, que sibi copere potest, nihil enim habetur limitare in aliquo, nisi habeatur ab aliquo agente ilud determinante ad certum gradum; Cum hoc tamen sit adhuc, quod ratio proxima, & immediata, unde deducitur simplicitas in Deo, est infinitas, & ex hoc, quod, infinitas ponatur a priori ex independentia aliud inferi nequit, nisi quod simpliciter deducatur quoque ex independentia mediate, & remote, quod gratis concedimus.

³²⁹ Altera quoque disparitas a me assignata minime enervatur a Poncio, quia ad vera & propriam compositionem physicam, vel metaphysicam, ut ab aggregatione, sequentur durae conditiones exiguntur, una, quod extrema unibilitas sint ab invicem realiter in unitate, vel factum imperfekte idem, & non nisi ratione tertii, in quo uniuersitatem altera, quod uniuersitate habeat rationem actus, aliud autem potentia; quod igitur attributa sint perfectiones dispartite, & singula in ultima actualitate adeo quod una non subdit dinetur alteri in ratione magis, vel minus communis, valde juvante comparentur ad invicem in ratione actus, & potentie, quod dici nequit de genere, & differentia, cum enim ita necessario invicem copari debet, ut duas formalitates, quarum una veluti communior & ostendat debeat, ad determinari per aliam, ut per formalitatem minus communem, ut cedit Poncius n. 36, necessaria una facta semel suppositione, quod ens tantum in predicamenta divisiatur, non remanet locus illius questionis, an Deus sit in genere; quandoquidem hec questione non ad alium finem mota fuerit, nisi ut confaret, quales ens divisi sunt ab Arist. in predicamenta distributum, non amplius questiones remanent locos, an Deus sit in predicamento; nam talis questionis statim est, contra suppositionem. Sed quavis modo jam ex Philosophorum confusione, non aliud ens Art. in predicamenta divisiatur nisi finitum, non ita tam fuit ab initio, quod mota fuit hec questione, unde Scotus 1. d. 8. q. 3. *Sicut est opinio* refert opinionem Averrois in eo sensu, ut non tantum ens finitum fuit in predicamenta divisi, sed ens atrum utrumque indifferens, & quidem rationabiliter, quia ut dicere facit semel suppositione, quod ens tantum finitum in predicamenta distributum, non remanet locus illius questionis, an Deus sit in genere; quandoquidem hec questione non ad alium finem mota fuerit, nisi ut confaret, quales ens divisi sunt ab Arist. in predicamenta distributum, non tantum finitum, ut ita Deus excludatur a predicamento, an potius ens indifferens ad finitum, & infinitum, aut in predicamento possit quoque recludi Deus, atque ideo bene urgebam, quod probare Deum non est in predicamento ex hoc, quod Arist. divisi finitum in decem predicamenta, est aperta principii petitio, hoc enim est, propter hanc questionem inquisimus, an Arist. ita predicamenta disposerit, ut sola entia creatura sub eis conculcerit, & per hoc satisfacit puto quibus, cum mihi Poncius obiectat impugnans, aut propugnans in additione facta ad qu. 3. disp. 69. & quia ad alia occurrere mihi objecta in illis additionibus materie occulta pro nunc am non probabam, harum durarum additioni distinctione coadjutare poterit prudens lector, & nulli parti addictus, quis nostrum rationabilis disputeret, & studio veritatis indagandae & non potius propriae opinionis tenaciter defendenda; & sic dicit Poeta, *& crimen ab uno doce omnes,* ita ex modo disputationis non involvet, si est ex actu, & potentia, ut intervenire talem potestiam in ex parte generis, quam nulla involvit imperfectionem; ut rursus replico, ubi inventam potentiam passivam, quam nullam involvit imperfectionem, plane non apud Arist. non D. Tho., vel Scotum, qui semper dixerunt potentiam passivam a toto genere imperfectionis non dicere, hoc est universalius loquendo; restat ergo ut *esse* potentiam passivam perfectionem dicere, vel imperfectionem non involvens, non nisi ex tenebris sui ceteri in lucem prodierit; Quando igitur Poncius mihi probaverit, dari talem potentiam passivam, quae nullam dicat imperfectionem, nec ei parcam temerarium illud dictum in communem Magistrum, quod gratis, & sine sufficienti ratione affectuerit. Deum constat ex genere, & differentia; Neque recurrit ad illam suam dependentiam, & independentiam a causa extrinseca; nam quaecumque assignabatur unio plurium formalitatum, quae habeant rationem partis actualis, & potentialis, scilicet semper, & in eternum negabo, hanc dari posse cum independencia ab influxu cause extrinseca; unde sicut ipse ex tali independencia arguit, & deducit unionem falsae plurium formalitatum, imperfectionem non involvet; ita ego & concita ex imperfectione talis unionis partium actualis, & formalis deducam dependentiam ejus ab influxu cause extrinseca.

³³⁰ Septimò tandem dis. cit. n. 34, in fine concludo ens genus non esse, nec Deum ex genere, & differentia confare nisi sumendo nomina pro libito, & iure, ut ajude, cetero loco cetero texere velimus questiones de nomine, quia hoc in Deo argueret compositionem, & imperfectionem; ob qua ratione cum Doctor 1. d. 8. q. 1. Dei exclusifit a genere, addi inconfutabili Poncius dis. 20. log. n. 24. eam sprevile rationem, ut suam adduceret ad idem probandum protus futilem n. 25. ubi probat ideo Deum excludi a genere, & predicamento, quia te vera Philosphus non voluit dividere in predicamento, nisi entia creata, & finita, quam probationem dicebat esse manifesta principiis petitio, hoc enim est, quod disputatur, an Arist. ita predicamenta ob ratione in objectione allatam, secus autem est de abilitate.

qis

Quæst. I. Quomodo cognoscat creature possibilis. Art. I.

103

Aliis infinitis, & ratio dispartitatis eis, quod abstracta finita habent tantum unam rationem, propter quam possunt identificari se in invicem predicari, si sunt distincta formaliter; Sed abstracta infinita preter convenientiam in uno supposito habent alias rationem identitatis, nimirum infinitatem, & proprietatem quamvis abstractantur a supposito, possunt tamen predicari, seducit se in invicem identice, nisi etiam abstractantur ab infinitate Poncius loc. cit. quam responsive etiam nos edidimus supra q. 2. & 2. cum ita habeantur video qua de causa in eadem q. 2. n. 57. approbat nobiscum cōmūne hanc doctrinam Scotifaciat, per quam illi difficultati occurbant, quod unius attributum in Deo non facit cōpositionem, sed unius attributum sit alterum, at quod justitia sit misericordia, licet non valeat dicere, quod justitia sit formaliter misericordia: quia omnia ex Pōcio ad verbum referre volui, ut quisque videat me non malare fidem secum agere, ut sepius conqueritur, neque invideat liore, aut alia animi passione interdum moveri ad nonnulla sua dicta carpenda, sed ex solo zelo Scotice doctrinæ, cui si illa confona reperi, approbo, & collaudo, si vero ea devia, & exorbitantia, censura submetto, ne recipiat à Tironibus, velut Scotice dicta, ut titulus suorum operum polli cetur; & quamvis interdum mea propria disputatione in aliquo duriuscula verbaque solet permittere scholastica libertas, & secundum disceptationis feruor, nunquam tamen inveniat moralitatis limites adeo transilire, ut in convicia, & scommata omnium pudore postposito prouocantur. Ad veritatem ignorantem ac terminos non intelligentem vocare audeam, quibus titulus P. Poncius strictioris observanzia alumnus, & Franciscanus humilitatis professor me passim condecorat, quem disceptandi modum nō in schola didicisse opinor, sed potius in culina; convicia, ut sepe dixi, bilateris vita offendit, non determinat, argumento disoluta non indicant, sed mores, Videlicet mee Epistole ad Lectorem Tom. de genet. & corruptibili usum appello insignis Literaturam vitum doctrinae prouocatum, in Republica literaria benemeritum, & T. 1. Met. Scotistam non minus recentem, quam eruditum, hoc idiomate loquuntur mortigerati Philosphi, & Theologi presertim Religionis; Verum sicut in doctrina Poncius non semel indicat idioma Scoticum non sati sibi familiare, ita quod mores eius ostentant voluntate, Franciscanum in Sancti Patris regulam praecepit, se non sati calere, ac bene aebat Tiberius Caesar ad convicia nemo scitius respondet, quam quinlibet.

³³² At rursus instat Recupitus, quare cum Partes dicunt Filiū produci per intellectum, & non per voluntatem, intelligentiam etiā a nobis loqui in sensu formalis, & non idem; & quod postea dicunt, quod justitia divina est misericordia divina dicimus, quod loquuntur in sensu identico, & non formaliter. Respondet etiam Poncius, & optime loc. cit. hoc sufficienter colligi a posteriori, cū enim dicunt Filiū produci per intellectum, & non per voluntatem, quia hoc est felsum in sensu identico, nec verificari potest in sensu formalis, id est in talis sensu intelligendi sunt, & explicandi & contata quia felsum est justitiae esse misericordiam in sensu formalis, & solum in sensu identico verificari potest, id est in sensu precisi sunt intelligenti; Sed iterum urget Recupitus, quia cum dicitur has propositiones in sensu identico verificari etiā in abstracto ob attributum infinitum, vel sunt infinita in omni genere, vel in certe genere tantum, v.g. sapientia tantum, vel justitia; si in omni, ergo unum attributum includit formaliter aliud, si in uno tantum ergo neque realiter, seu identice unū includit aliud, & sic verum non erit sapientia esse justitiam. Respon-

DISPUTATIO III. DE DIVINO INTELLECTU.

QUESTIO PRIMA.

An, & quomodo Deus cognoscat creature possibilis.

Cientia Dei, que est actus divini intellectus, & ex parte divinae essentie, que ponitur eius objectum primatum, & formale; ex primo quidem capite suadetur, quia intellectus perfectissimus, & infinitus intellectus divinus, & exactissimum intelligenti modum, qui circa creaturas versari possit, sed hic est distincte, quid latitatis, ac comprehensive cognoscere quoque omnes rei formalitates, ac praedicta in trinitate etiam individualia; ergo &c. Ex parte vero objecti primarii intellectus divini, que est divina essentia, suadetur etiam paucum à Theologis, eo quia divina essentia perfectissima continentia eminentia continet omnes creaturas possibilis secundum quantumque formalitatem positivam absolutam, & respectivam, genericam, specificam, & individualem, que eis à parte rei inesse potest; ergo Deus cum seipsum comprehendere cognoscit, cognoscit consequenter omnes creaturas sic in ipso contentas.

Sed haec ratio sumpta ex parte objecti primarii, & continentia eminentia creaturarum in ipso, nisi melius explicitetur, patrum concludere videtur, nam unū cōtinēti eminenter in alio significari cōtinēti in illo sicut imperfectum in perfecto, quo pacto notitia ejusdem objecti obscura dicitur cōtinēti eminenter in notitia ejusdem clara. Ex Doctore q. 1. prol. s. ita in proposito, quod fit cum quicquid est perfectio in inferiori, perfectiori modo est in superiori, quatenus in inferiori reperitur cum aliqua imperfectione cōmixta, in superiori vero ab omni imperfectione defecatum; quare in proposito continētia eminentia rerum in Deo praeceps significat eas reperiri in eo secundum id, quod dicit perfectione scilicet eo, quod essentia perfectio inperfectio imbibit, quare cum in creaturis rationes duxit communis, & trascendentias dicant in suo cōceptu perfectione simpliciter praescindendo à finitate, & infinite, ut sunt rationes trascendentiae entis, substantiae, bonitatis, sapientiae, &c. sequitur evidenter creature hoc genere cōtinēti nō cōtinēti.

Itaq; ab initio hujus questionis statuendum est cum omnibus Theologis Deum habere necessariò de creaturis possibilibus cognitionem perfectissimam ex genere suo, quia est quid latitativa, distincta, & comprehensiva, adeo illas penetreret secundū omnia eorum essentialia prædicata etiam quod differ-

Matri. In Sens. Tom. I.

G 4